

## DE HALOSANTHO

scribam. Et primùm quod ad nomē,  
ἅλως αὐθῶ, non cum Cordo & Agrico  
la maris florem, sed salis, cum Plinio  
& alijs recentioribus eruditis verte-  
rim: tum quia non in mari, sed in Ni-  
lo & paludibus aut stagnis, quę Nilus  
nimirum efficit, reperiri traditur: tū  
quia sali, nō quidem consistentia, sed  
gustatu & facultate omnino cognata  
res est, ut in præcedentibus ex ipsis au-  
thorum verbis ostendi: & Dioscori-  
des inter salem ac nitrum aliaq̃ salsa  
de eo pertractat. Galenus quidem li-  
bro xj. de medicamentis simplicibus  
sub lemmate, De rebus in mari & a-  
quis salis nascētibus, de halosantho  
quoq̃ scribit: sed cum alię etiā aquę  
falsę sint, ut in paludibus maritimis a-  
libiq̃, non in ipso mari tantum, nō est  
necesse in mari hunc florem salis na-  
sci, ex hac apud Galenum inscriptio-  
ne: sed potius in stagnis maritimis, si-  
ue illic primùm nascatur, siue è Nilo  
eò defluat ut Dioscorides sensit. Ac-  
cedit